



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

LII. S. Anastasivs. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**



licentiam permanendi. Item inferius in eodem dicit. Inferior quippe sedes potiore[m] absoluere non potest. Sola ergo potior inferiorem conuenienter absoluit.

ITEM in commonitorio Fauſti magiſtri Legationis officio fungenti ita dicit. Veniam ſibi dari proponunt. Legatur, ex quo eſt religio Chriſtiana, vel certè detur exemplum in Eccleſia DEI à quibuſlibet Pontificibus ab ipſis Apoſtoliſ, ab ipſo deniq[ue] Saluatore veniam niſi corrigentibus non fuiſſe conſeſſam: auditū. a. \* ab iſto zelo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur, date nobis veniam, \* ita vt nos in errore duremus.

ITEM inferius. Mortuos ſuſcitari legimus Chriſtum, in errore mortuos abſoluiſſe non legimus. Et qui hoc certè faciendi ſolus habuit poteſtatem, beato Petro principaliter mandat Apoſtolo. Quacunque ligaueris ſuper terram, ligata erunt & in cælo, & qua ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Super terram, inquit, nam in hac ligatione deſunctum nūquam dixit abſolui. Quod ergo nunq[ue] factū eſt, vel mēte concipere formidamus, ſcientes in diuino iudicio non poſſe penitus excuſari.

ITEM inferius. Nullum faſ eſt nobis cum hominibus aliena communionis inire certamen, diuina ſcriptura monente, hereticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuota, ſciens, quia huiusmodi delinquit homo, & proprio iudicio condemnatur. ITEM inferius. Remitti culpa de præterito poteſt, correctione ſine dubio ſubſequentē; nam ſi deinceps \* ſingitur manſura peruerſitas, non eſt benignitas remittentis, ſed conſentientis \* annuntiatio.

ITEM prædictus Papa in epiſtola, quam deſtinauit Anaſtaſio Imperatori, dicit. Duo ſunt quippe, Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mundus regitur. Auctoritas ſacra Pontificum, & Regaliſ poteſtas, in quibus tanto grauius eſt pondus ſacerdotum, quanto etiam pro ipſis regibus hominum in diuino examine ſunt reddituri rationem. Impeti poſſunt humanis præſcriptionibus, qua diuino ſunt iudicio conſtituta, vinci autem quorumlibet poteſtate non poſſunt. Item ſcriptum legiſti. Meliora ſunt amici vulnera, quàm inimici oſcula.

## LII.

## S. ANASTASIVS. II.

**A**NASTASIVS, natione Romanus, ex patre Petro, ſedit annum 1. meſes 11. dieſ 22. Fuit autem temporibus Theodorici regis. Hic ordinauit Epiſcopoſ 16. præſbyteroſ 12. Obiit autem 14. Kalend. Decembris. Hic in epiſtola, quam Anaſtaſio Imperatori direxit, inter cætera probat eoſ, quos Achatius baptizauit, vel ordinauit etiã poſt damnationem ſuam nullam portionem læſionis attinge-

24. q. 2. c. legatur.

\* ſub iſto cælo

\* dum tamen

nos

Matt. 9.

Marc. 5.

Ioan. 11.

Matt. 16.

Tit. 1.

\* ſinitur

\* aſſenſio

Diſt. 96. c. duo.

Prou. 27.

A. cccc. xcviij.



dicens. Nam secundum Ecclesia Catholica consuetudinem serenitatis tuae pe- cap. 7. epist.  
 ctus agnoscat, quod nullum de his, vel quos baptizauit Achatius, vel quos sa- Dist. 19. c. secū  
 cerdotes vel Leuitas secundū canones ordinauit, vlla ex nomine Achatii portio dum.  
 lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus  
 firma videatur. Nam & baptismum, quod procul sit ab Ecclesia, siue ab a-  
 dultero, siue à fure sit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum; quia  
 vox illa qua declaratur ac dicitur. Hic est qui baptizat in Spiritu sancto & igni, Matth. 3.  
 omnem maculam humana pollutionis excludit. Item ad idem probandū  
 subiungit. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus & fur, quicquid egit inter A- Ioan. 12.  
 postolos pro dignitate commissa beneficia per indignum data nulla ex hoc de-  
 trimenta senserunt. Item ad idem inferius. Quicquid ad hominum proue-  
 ctum quilibet in Ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum  
 \*continet implēdo diuinitatis effectū; \*ita & ille, per quem Christus loquitur, \*contineri  
 Paulus affirmat. Ego plantauī, sed Dominus incrementum dedit. Et hic, cuius implente.  
 nomen dicimus esse reticendum malè bona ministrando, sibi tantum nocuit. \*ita ille.  
 Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionē suā<sup>1</sup>. Cor. 3.  
 virtutis obtinuit. \* Quod si est aliquorū in tantum se extendens curiosa suspicio, \*quod cum i-  
 vt imaginentur \* prolata à Papa FELICE iudicio, postea ineffaciter in sa-<sup>ta</sup> sit.  
 cramentis, quæ Achatius usurpauit, egisse, ac perinde eos metuere, qui vel in<sup>\*prolato.</sup>  
 consecrationibus, vel in baptisate mysteria tradita susceperunt, ne irrita di-  
 uina beneficia videantur, meminerint in hac quoq; parte similiter tractatum  
 prauale superiorem, quia non sine usurpato hoc nomine sacerdotum adiu-  
 dicatus hoc egit, in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis in hoc quoq; a-  
 liis rea sibi persona non nocuit. Nam & ad illum pertinuit, quod tuba Dau-  
 dica canitur ita. Veruntamen DEVS conquassabit capita inimicorum, & c. Nā Psal. 87.  
 semper superbia sibi, non aliis ruinam facit. Vnde, cum sibi sacerdotis nomen  
 usurpauerit condemnatus, in ipsius verticem superbie tumor inflatus est; quia  
 non populus, qui in \*mysteriis donum ipsius \*sciebat, exclusus est, sed anima so- \*ministeriis  
 la, quæ peccauerat, iudicio iusto propriè erit obnoxia, quod vbiq; numerosa \*sitiebat.  
 Scripturarum testatur \* auctoritas. \*instru. Elio.

A prædicti verò Papæ communionē, sicut in gestis Romano-  
 rum Pontificum legitur, multi ex clero Romanorum vrbis se sus- Romanorum  
 penderunt, idè, quia sine consilio eorum Photino Thessalonicensi Pontificum ge  
 diacono communicauit, qui erat communionis Achatii: & quia sta.  
 occultè Achatium voluit reuocare, sed diuino nutu percussus ad ef-  
 fectum hoc perducere non potuit.

## LIII.

## S. SYMMACHVS.

ccccxcviii.

S YMMACHVS, natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit annos  
 15. menses 7. dies 27. Hic ordinauit Episcopos 118. presbyteros

K

90. dia-